



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

75. Leo: Expressus è Græco Phile Oppiani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

profluenter obiiciunt, quibus saginatum
mactant, ex corrupto deinde cadauere (res-
mira) progenerantur bombyces, qui sole in
Tauro existente, & augecente luna com-
modius emittuntur ad pensa. Quamobrem
& has notas delineauimus in apice tabulæ.
Spectabilis hæc foemina, quæ neutrem ver-
miculum quasi suos amores contemplatur,
& ex eo magnum sperare videtur emolu-
mentum: Pamphila est, Coa mulier, nobilis

*Arist. lib. 5.
e. 19. & Pli-
nii.*

& delicata, quæ prima telas bombycum
reordiunt, rufusque texere iauent: non frau-
danda gloria excogitata rationis. Aggerit
aurem flores, & odoramenta affundit suo ver-
miculo, quippe his omnibus delectatur.
Contra arcet mures, & oleum semouer (quod
hic per Palladem designauimus) hæc enim
bombycibus sunt infesta. Quis præterea vir
habitù regio pronus bombycem veneratur?
magnus hic est Chamus, ut vulgo appellat-
tur, Tartarorum: Tattari autem sunt Seres,
apud quos hic vermis abunde nascitur: tanti
hunc faciunt, ut ex bombycinio opere sua
ferme simulacra, siuos habeant Deos, vnde
appositè pictor Serum principem ad Bomby-
cis cunas prouolutum depinxit. Rider hanc
ceremoniam rusticus philosophus, Anachar-
idis regmine contentus, & sericatos omnes
videtur his verbis compellare: O cæci mor-
tales, quid agitis? parum est ex mari vesti-
tum piscari, parum ex plumis avium, ex vel-
leribus, ex florum depresa lanugine sectari,
etiam ignobilium vermium viscera per stu-
diosam luxuriam eradicis, ut aduentitio
cultu fulgeatis, vestri desertores, animalium
prædones, in hac vita lœna omnia actores
flagitiorum, certe vos natura non recipit ni-
sinudos; Deus non nisi vilissimi pellibus
texit, ut solent qui ad meralla damnantur.
Vos vita dati, laboribus nati, metallo &
fodinis mancipati, vestium delicias quaesti-
tis? Parum fuit his vestibus foeminas in pu-
blico nudari, nisi & viros effeminassent. Vi-
cit Medicam gentem Alexander, vixit est
à Medica veste, tanti est hæc cicatrix peccati
probrita nuditas, ut auro & sericis sit obdu-
cenda. Quærite quaslibet vestes per terras &
maria, una tantum, una est hominum vestis,

*Virtus, Dei color. Hæc ille, opinor, dice-
ret, si vocem pictor fingere
potuisset.*

L E O.

Expressus è Græco Phile,
Oppiani, &c.

Descriptio LXXV.

Leonem ad timorem animantium videtur
produxisse natura. Cernis, ut flammæ co-
lore rutulis accenditur? ut superbè gradit-
ur? ut vasta se corporis mole efferens, pre-
se despicit omnia? quantum est, & quam ve-
tum in hoc pondere robur? quanta in robore
alacritas, quantus in lubristi cibis membris ani-
mosi spiritus dominatur vigor?

Capitili amplius maiestatem ferre pre-
fert: magni & lucentes oculi, inter villosa per-
cepsilia scintillant, colla & armis effusa re-
stunt iuba, magna vis laterum spirat, maior
pectoris firmitas protuberat, maximus securi-
oris terror: qui totus est immani dentium ri-
ctu septus. Quid genua loquar? quid tibia-
rum compagem? quid neruorum densitatem?
quid vngues? ex quibus, vel foliis, leonem
possit agnoscere? quid in celum? quid saltum,
quid cursus celeritatem? quid omnia? Et cum
sit ubique magnus, quanto tamen se maior
est, si quando venatorum senserit imperium?
nulla tunc mora, exilitè spelunca, & primum
truculenta rugit immanitate: ad huius rugi-
tum pertinet, & aues celo volantes, &
per syrias vagantes ferae, & immerse maris
vorticibus belluae, ipsa denique nemorum
frondes, ipsi montium vestitus, ipsa saxa con-
tremunt; hoc veluti signo dato accingit se
ad pugnam, & primum longam, immanem,
villosam caudam explicans, terram plaudit:
mox ilia percussans, eadem, veluti volunti-
ario flagello identidem diuerberans, ad sum-
mum oculis ejaculatur fulgura, oris profun-
dam voraginiem aperit, dentes exerit, in ho-
stes summa velocitate inuolat, hos cauda at-
terit, illos pedibus conculcat, aliorum tre-
mentes artus cruentis fauibus, se-
diffusa laceratione popu-
latur.

• 87 •

E LI.